



Crocus apud Bohemos ob insignem iustitiam, fortitudinem, & prudentiam in maxima authoritate extitit. Cum itaq; hactenus a morte Zechi Bohemia uarijs tumultibus fuisset agita- ta, atq; quisq; sibi principatum vindicare statuisse, tandem cōmunib; suffragijs Crocus ille om- nium princeps constitutus est, circa annum Christi sexcentesimum quinquagesimum. Erat huius tāta moderatio, ut ab omnibus subditis instar pa- tris ueneraretur. neq; enim ad suam uoluptatem, sed pro subditorum utilitate & quiete prouincia gubernauit, ferocemq; populum non tam impe- rio quam benevolentia quietum continuit. Hic arcem apud Stemnam condidit, quam de suo nomine Crocauiam nomina- uit. Moriēs autem tres filias reliquit, Brelam, quæ herbarum ac Medicinæ pe- rita Brelum castellum ædificauit, Therbam fortilegam, & Libussam, quæ diui- narum & humanarum scientia omnes superauit, atq; postea Primislao nupta fuit. Aen. Syl. in Hist. Bohem. capite quarto.